

II.c  
1356

DE IVRE FECIALI.  
 SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
**DOMINI**  
**FRIDERICI III.**

DVCIS SAXONIAE, IULIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
 ANGARIAE AEQVE AC WESTPHALIAE, COMITIS  
 PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRIN-  
 CIPIS DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIAE, COMITIS  
 MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVEN-  
 STEINII, TONNAE, REL.

DOMINI AC PATRIAEC PRINCIPIS MVLTO  
 CLEMENTISSIMI,

**NATALI AVSPICATISSIMO**

VII KAL. MAII, A. R. S. CIO CCCLXIII,  
 AD CVNCTORVM CIVIVM VOTA FELICITER REDEVNTE,

ILLVSTRISSIMVS COMES,  
 PROVINCIAE EISENB. PRAESES EMINENTISSIMVS,  
 PERILLVSTRIS ET LONGE GENEROSSIMVS ARCI PRAEFCTVS  
 ITEM QVE ET

GRAVISSIMI ET SPECTATISSIMI SCHOLAE INSPECTORES  
 AC IN HIS

EPHORVS QVAM MAXIME REVERENDVS  
 ATQVE OMNES FAVTORES ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICÆ  
 AD ORATIVNCVLAS BENEVOLE AVDIENDAS  
 COMPARE RE HAVD GRAVENTVR,  
 DEMISSE, OBSERVANTERQVE ET PERAMICE  
 ROGAT ET ORAT

M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

EXCVDEBAT CHRISTIANVS HENRICVS WALTHERVS.



**I**ncredibilis licet et paene diuina sit magni Principis sapientia: attamen non est vnius omnia administrandi vis et facultas. Et enim quanti ponderis est firmissimum illud ciuitatis vinculum et fundamentum, religio! Ciuitates, oppida, vicos in officiis tenere, quanti momenti! Iam quippe leges ferendae et iudicia exercenda, iam boni praemiis sunt ornandi, mali mulctandi poenis; acrem desuper curam et diligentiam constitunda, augenda et conseruanda desiderata aeraria, res nota et manifesta est; quid de commerciis, terrarum anima; de re nummaria, cuius cura haud perfunditorie gerenda; de foederibus laniendiis; de gerendo bello aut pace concilianda dicamus? Ecquis itaque est, qui non videat, quum pluribus amicitia fortuna Principis indiget; praeципuum effi! Eius opus, amicos parare? Cuius rei et affectus gravissimus est Tacitus: Nullum maius boni imperii instrumentum, quam bonus amicus; itemque nobiscum facit Velleius: Magna negotia magnis adiutoribus egere. Sed consummatos, qui sint a consilis, eligere, coniungimatislmi esse Principis, nemo negabit. Quo itaque Princeps dominium tenente non potest non fieri, quin ciuitates et agri florent, mercatura magna sit et copiosa, Musarum alumni optimis disciplinis atque artibus studeant et in primis religio farta sit atque tecta.

Ea est pietas et animi magnitudo SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI FRIDERICI III, DVCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE AEQUE AC WESTPHALIAE, COMITIS PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DOMINI RAVENSTEINII, TONNAE, REL. DOMINI ATQVE PATRIAE PRINCIPIS MVLTO CLEMENTISSIMI, V studium plane seruire, non ingenuum, non liberalē, adulatio nemputa, a SVA PRINCIPIS SERENISSIMI PERSONA quam longissime absese iubent, et homo vmbrait et obsecramur in puluere scholastico vitam degens qui ingeniose huius artis peritus esse positi? Quapropter SERENISSIMI PRINCIPIS prouidentia, qua nihil praefrantur DEVS hominibus dedit, belli in his oris sanguinolenti tempestates dissipatas esse, ex vero censem est. Pasim audiebatur armorum strepitus, militum clamor, tubarum clangor, bellorum tormentorum flammaq[ue] fragar: his vero in prouincias; quamquam non omnis calamitatis expertes fuimus; agri non eruore completi, ciuitates non exinanitas, non regiones vultaræ sunt. Itaque tam abiecto, tam ingratu animo, qui vel ipso Natali OPTIMI PATRIAE PRINCIPIS suscepta elapsa abhinc anno vota deuotissima non soluat, neminem fore arbitramur. Et nos incredibili munificentia deuineti taceremus?

Adolescentes Humanissimi  
egregiisque animi dotibus Ornatisimi,

IOH. GEORGIVS ALTWEIN, Nostras, qui ex optimi Parentis, Archi-Diaconi huius ciuitatis meritissimi, Fautoris mei admodum Colendi, voto in dies maiores in literarum studio progrellus facit, de PACIS AVRAE OTIO dicturus.

GEORGIVS SIGISMUNDVS LDOVICVS BEIER,  
Rodanus, qui singulari modestia mirum in modum se commendat, de Statu fratio  
foedere terrarum triplissimo.

CHRISTOPHORVS HENRICVS KRETZSCHMAR, Eisenb.  
cuius acutum ingenium valde arridet, Germaniam discordem adumbrabit et

IOH. GODOFREDVS SCHVITZE, Rauda - Terra orientalis  
oriundus, pietate et modestia commendabilis, monstratus est, quod Tranquillitas sit  
mercaturae ac acquirendarum ciuitiarum anima. Pariter atque pro vita incolu  
mitate,

mitate, prosperitate regiminis, annorum diurnitate SERENISSIMI FRIDERICI,  
DOMINI ATQVE PATRIAE PRINCIPIS MVLTO CLEMENTISSIMI ac per-  
petuo totius SERENISSIMAE SAXONICAE GOTHANAE DOMVS flore ad omnium  
bonorum fontem, DEV M, missuri sunt, votis denuo susceptis, mecum preces ar-  
dentissimas.

Quibus exceptis plura quidem ad scribendum sese hocce anno obtulerunt argu-  
menta: in iis tamen bellum feliciter Idibus Martii in arte appellationem ex nomine  
*Huberti* trahente compositum palmarum ceteris praeripit. Cuiusmodi bella indicere, esse  
iuris gentium, gentes non ab omni humanitate remotas suis probatum iuerunt ac do-  
cuerunt exemplis. Iam Romanorum, de quorum moribus atque ritibus pleni sunt  
omnes libri, plena sapientum voces, plena literarum monumenta, mentionem in-  
ferre licent.

Belli inductionem litteris sub prelum vocatis hodie fieri solere, promptum propon-  
iturque est, id quod longe turus habendum, quam, quum olim Romani id *Facialium*  
ope facere consueverunt. Sunt quidem, qui *Faciales*, *Fetiales*, *Fœciales* hos belli  
pacis nuncos scribunt: quos tamen non moramur, quum nemo non album calcu-  
lum sit adieciurus, a faciendo *Fetiales* nomen adeptos elic. Quocum concordat *Varrus*:  
*Faciales* dictos esse, quod fidei publicae inter populos praefuerint, per quos *fætum*,  
ut iustum bellum decerneretur et aequis legibus componeretur ac foedere fides pasis  
constitueretur. Quocum et *Plutarchus* facit, quod a re ipsa, pacem felicit faciendo,  
nomen accepissent. *Facialium* Collegium longe grauisimum et splendidissimum, iuris-  
que et rerum agendarum peritisimum fusile, haud obsecute *Dionysius* innuit: Septima  
Legum, *inquiens*, sacra pars dicta erat Collegio *Facialium*, qui selecti ex prae-  
stantissimis familiis fungebantur per omnem vitam eo. sacerdotio. *Faciales* vero et *Le-  
gato* dixisse Romanos, quorum **XV** repetitum res ablatas missi; itemque et *Oratores*,  
quibus commissum, si cuius Legati violati essent, ad violatores ferre, qui id fecissent,  
quamvis Nobites essent, ut dederent ciuitati *Facialesque XX*, qui de his rebus cognoscen-  
t, iudicarent, statuerent et confituerent, confit. In hoc conuenit inter plurimos  
scriptores, quod ad *Numam Pompilium*, alterum a *Romulo* Regem Romanorum, iustitia  
et pietate nemini secundum, *Facialium* ius et origo referenda sint. Verum enim vero  
quum alii ad *Ancum Martinum*, mortuo *Tullo* Regem creatum, anno mundi trecentesimo  
vigesimo-nono supra ter millefimum, *Irrachitarum Regis losiae* vigefimo tertio, im-  
perium obtinente, retulerint originem: hac ratione conciliari inter se scriptores posse  
videntur, quod *Plutarchus* et *Dionysius Halicarnassus* ad *Numam* horum institutorum  
initia retulerint; *Linius* autem coepitorum augmentationem et perfectionem ad *Ancum*,  
qui antecellorum gestarum non immor tam bellum, quam pacis studii gloriam et lau-  
dem sibi quoque parare conatus sit, sine iniuria, ratus, ocium haud facile haberi posse  
et patientiam temperamat semper contemni. Sic itaque *Numa* in pace religiones insti-  
tuerat, *Anicus* autem bellicas ceremonias subiunxerat, quibus non tantum bellum  
gereretur, sed aliquo ritu etiam indiceretur. Id quod eo lucidius appareat, quodsi Leges  
a *Numa* latas perlegendi voluntate tenemur. In iisdem enim Lex XII agit de Sacerdon-  
ibus, in quibus quoque de *Facialibus*: *Faciales* sunt foederum, pacis, induciarum *Oras-  
tores*, simul atque videant sedula, ne nulli foederatae ciuitati iniustum bellum infere-  
ratur, de Legatorum iudicent iniuriis, si quid imperatores contra iuriandum pec-  
cassent, cognoscant et expient. *Cicerone* teste *Numa* a principio duo constituit; po-  
stero autem tempore hunc numerum incrementa cepisse supra accepimus. *Facialium*  
Collegio et quidam praefuit, quem *Parem patrum* a iureurando patrando dixerunt.  
Quos *Faciales* plurimum apud Romanos autoritate valuisse, tam certum est, quam quod  
certissimum idemque quam utilissima reipublicae praefitere officia. Namque ex his  
mittebantur, antequam bellum decerneretur; hi res repeatebant ablatas; per hos foedera  
pangebantur; hi erant pacis custodes, sedabant controversias nec prius militare permitte-  
bant, quam si nullo modo controversiae sedari tollique poterant. Proinde saepe nu-  
mero

AK Hc 1356

x 306 3630 VDA 8

mero ad eos ibant, qui iniurias intulerant illisque suadebant, vt se beneuelos et amicos gererent. Inimici contra ea aduersitibus Deos testati Diras imprecabantur et istorum patriae. *Seruius* omnia breuiter strictiusque persequitur: Quando, *inquietus*, homines aut animalia ab aliqua gente rapta ellen populo romano: cum *Facialibus*, sacerdotibus nempe, qui faciendis praeerant foederibus, proficiscebatur etiam *Pater patratus* et ante fines itana clara voce dicebat bellii cauñas et nolentibus res captas restituere vel autores iniuriarum tradere: iaciebat hastam: quae erat pugnae principium. Quum per *Faciales* factum, vt iustum decerneretur et inciperetur bellum iidemque nullum, nisi plium geri oportere putabant: itaque bella et tarde et nulla cum licentia suscipiebantur, suscepta eorum nutu quoque finiebantur. Ad votum finitis eucharistica sacrificia Deae *Paci* offerebant, cuius simulacrum ab aliis cum spicis effingebatur, ab aliis ipsius caput laureis oleagineisque frondibus cinctum; nonnunquam solum tenebat caducem; Graeci *Pacem* pariter Deum venerant pingebant manu Plutonem portantem. In cuius honorem *Claudius Romanorum Imperator* templum Romae exstruendum statuendamque aram curaverat, cui fastigium impostrisse, teste *Suetonio*, *Vespasianus Imperator* legitur.

Non tibi *Paci* Deas, sed Tibi, o DEVS pacem atque concordiam imperanti, preces pro impetranda pace indeinxerit fusas tandem audienti, gratias debemus, quas modo agere possumus, maximas. Gratissimam mentem significare iam differentibus, spem natis certissimam, fore, vt tristitia in laetitiam, calamitas in prosperitatem, inopia in affluentiam, caritatis annona in vilitatem sitabitura, nec ad Te ingens beneficium pacis, quae vna triumphis innumeris potior; de qua cum *Prudentio*:

Pax plenum virtutis opus, Pax summa laborum,

Pax belli exacti pretium est pretiumque pericli;

ingens, inquinus, beneficium pacis referentibus, pagani, qui in *Paci* idoli honorem tempa et aras exfruxerunt, ruborem suffunderunt. Tam ineffabilis eiusque diuini munerae participes redditu non disimiles veris praenuncie simus, quanto exceliore volatu e terra in aera latea, eo siuiores cantilenas efformantibus, tanto quoque maioribus encomiis DEVM ad vnum omnes persequamur, quam ardenteris precati, vt preces animo gratissimo conceptas ad Teque, o DEVS, missas laudesque, quibus extolleris, ne asperneris, pariter atque Tuam gratiam, qua sola tam incredibili pacis munere et omnes *Graeci* *Grasique* thesauros longe superante fortunati sumus, cunctis largiaris,

Ut prius incipiunt turres vitare columbae,

Antra ferae, pecudes gramma, mergus aqua,

quam nos diuini pacis beneficii immemores simus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-730823-p0004-3

mc.

II c  
1356

# DE IVRE FECIALI.

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

**DOMINI**

# **FRIDERICI III,**

DVCIS SAXONIAE, ILLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE AEQVE AC WESTPHALIAE, COMITIS  
PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRIN-  
CIPIS DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIAE, COMITIS  
MARCAE ET RAVENSBURGAE, DYNASTAE RAVEN-  
STEINII, TONNAE, REL.

DOMINI AC PATRIAE PRINCIPIS MVLTO  
CLEMENTISSIMI,

## NATALI AVSPICATISSIMO

VII KAL. MAII, A. R. S. C. 1567, AD CVNCTORVM CIVIVM VOTA FELICITER REDEVNTE,

ILLVSTRISSIMVS COMES,  
PROVINCIAE EISENB. PRAESES EMINENTISSIMVS,  
PERILLVSTRIS ET LONGE GENEROSISSIMVS ARCI PRAEFECTVS

ITEM QVAE ET  
GRAVISSIMI ET SPECTATISSIMI SCHOLAE INSPECTORES

AC IN HIS  
EPHORVS QVAM MAXIME REVERENDVS

ATQVE OMNES FAVTORES ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICÆ

AD ORATIVNCVLAS BENEVOLE AVDIENDAS

COMPARERE HAVD GRAVENTVR,

DEMISSE, OBSERVANTERQUE ET PERAMICE

ROGAT ET ORAT

## M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

EXCVDEBAT CHRISTIANVS HENRICVS WALThERYVS.

